

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ascensio c
cum fonte primo

Quorum sepulcra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente de pulvere sunt suscitata. Decebat enim ut ille prius resurgeret, deinde illi, sicut dicit apostolus Paulus: Christus resurrexit a mortuis primicie dormientium. Et sicut cum Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse creduntur.

Augustinus in sermone de resurrectione.

Quorum enim sepulchra in eius passione sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente sunt de pulvere suscitata. Decebat enim ut ille primus resurgeret, deinde ille; sicut apostolus dicit: Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium. Et sicut cum Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse creduntur.

Augustinus Hipponensis (?), *Sermones*, 93.1 (PNB 1, A. Mai ed., p.179).